



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Verbo Dei Libri Tres**

**Helm, Heinrich**

**Coloniae, 1560**

**VD16 H 1736**

De uaria acceptione uoculae uerbi Dei, maximè uerò de eaquae huic  
tractioni deseruit. Cap. IIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30114**

**ECCl. 21.** bis acuta, cuius plagæ non est sanitas: Ideo non pereunt in æternum, nec rapere eas quisquam potest de manu Dei. Nec mirum hoc est de tenebrarum filijs & populi fascinatoribus, quod sic illudunt instabilibus & mobilibus infi-

**2Cor. 11.** de. Nam & ipse Satan transfiguratus se nonnunquam in angelum lucis. Non ergo magnum, si ministri eius & filii, transfigurentur veluti ministri iustitiae forent. Verum à fructibus sunt cognoscendi, & discernendi à ministris Christi, & veris doctoribus Euangelij gratia & regni, ut suo loco infirmis dicetur.

De uaria acceptione uocula uerbi Dei, maximè uero  
rò de eaque huic tractioni deser-  
uit. Cap. IIII.

**A** Verum ne hallucinemur in vocula scire opere pre-  
tium est, quod multiplex est verbū Dei, ut omni-  
**Heb. 5.** bus qui in scripturis sacris exercitatos sensus pro confue-  
tudine habet, est notissimum. Verum nos impresentariū,  
**Ioan. 1.** breuitatis gratia, de triplici acceptione verbi Dei dice-  
mus, nostro deseruiente instituto. Nam de verbo Dei pa-  
tris &c. Nam de verbo Dei patris in creato seu æterno ser-  
**Heb. 1.** monē lögū hic texere non est animo de verbo (inquit) Dei  
**Sap. 7.** quod erat in principio apud Deum, & erat Deus, unius  
naturæ, essentiæ & substancialiæ cum Deo patre: Per quod  
pater fecit omnia, quæ cœli & terræ ambitu continentur.  
Verbū hoc, splendor est paternæ gloriæ, & figura substancialiæ  
eius, imago Dei inuisibilis, vapor virtutis Dei, & emanatio  
claritatis Dei sincera. Hoc est, speculum sine macula  
**Eccl. 1.** Dei maiestatis, & imago bonitatis illius. Verbū hoc, fons  
**2. Cor. 1.** est sapientiæ. Imò, est ipsa virtus & sapientia patris. Verbo  
**Psal. 32.** illo, cœli qui enarrant gloriam Dei, & in quibus habitat  
**Ioan. 1.** Deus, firmati sunt, & spiritu oris eius est ois virtus eorum.  
At de verbo isto, & generatione eius æterna q̄ in plenitu-  
dine

dine temporis & in fine seculorum, caro factum est, & habituit in nobis, plenum gratia & veritate, ad præsens subticendum censui.

*Verbum Dei propriissimè ipsum est Euangelium  
gratiae Dei: caput V.*

**A**scopum verò nostrum loquendo, verbum Dei propriissimè, viuificum & benedictum Christi dicitur euangelium. Nam cum Deus olim multifariam multisq; modis patribus locutus fuisset in prophetis, nouissi 2. Cor. 6. mè in tempore accepto & in diebus salutis locutus est nobis in dilecto filio suo, quem ante luciferum ex utero suo genuit per quē fecit & secula: Omnia per ipsum (ait apo Col. 1. stolus,) & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant. De ipso verbo Dei rursus scriptum est: Videns Iesus turbas, ascendit in montem, & cum se Matt. 5. disset, aperuit os suum, dicens: Beati pauperes spiritu. De ipso etiam pater cœlestis dixit: Hic est filius meus di- Matt. 3. lectissimus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Luc. 3. Qui autem verba eius quæ loquetur in nomine meo, Deut. 18. audire noluerit, ego vltor existam: Quæ verba de Chri- act. 2. sto dicta esse, apostolus Petrus attestatur, & Stephanus & 7. in actis Apostolorum: Ipse exterminabitur de plebe, de- lebitur de libro vitæ. Iste est doct̄or iusticiæ, quia viā Dei Ioel. 2. docuit in veritate. Ideo super prudentia & responsis eius Matt. 22. stupebant omnes qui eum audiebant, cum annos 12. na- Luc. 2. tus fuisset. Vnde & postea dixerunt: nunquam sic locutus Ioel. 7. est homo.

Euangelium proinde omni est honore dignissimum: quia sumnum Dei donum, de corde Christi ortum & effluens, vt fluminis impetus ciuitatem Dei latificans de fonte hortorum et puteo aquarum viuentium. Eu- angelium, vel potius cor Christi, in quo omnes thefauri sapi-

Cant. 4.